



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. II. De B. Mariæ virginitate, & de Sanctis, ex Basilio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

J. II.

De B. Mariae virginitate, & de Sanctis ex Basilio.

- 1. Maria semper virgo permansit.
- 2. Sanctorum invocatio utilis & laudanda.
- 3. Reliquia sanctorum honoranda.

BASILIIUS Magnus in Sermone de Humana Christi generatione, differens de virginitate Mariae, inter caetera ait: *Ne aures eorum, qui Christum diligunt, admittant, quod Genitrix Dei aliquando desierit esse virgo, hac testimonia sufficere putamus. Ad hoc quidem quod dicitur, Et non cognovit eam donec peperit Filium suum primogenitum, dicimus, quod hac dictio eius, id est, Donec sive Usque, esse frequenter aliquem temporis terminum designare videtur, verè tamen infinitum praeseferat. Quale est & illud quod à Domino memoratur, Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Neque enim post hoc saeculum desinet Dominus esse cum Sanctis: sed promissio presentis temporis [perpetuitatem indicat] non est futuri amputatio. Eodem modo hic accipi Donec dicimus. Quod verò dictum est, Primogenitum; Primogenitus non omnino ad succedentem prolem comparationem habet, sed is qui primum vulvam aperit, primogenitus vocatur.*

Idem Basilius laudes sanctorum quadraginta Martyrum publica concione percelebrans, haec dicit: *Quae satietas prosequendi Martyrum*

porum ministros, & Presbyteris inferiores esse. Porro Eucharistiam secundum ordinem post Presbyteros accipiant, aut Episcopo aut Presbytero eam illis porrigente.

In decretis Concilii Ancyranum capite primo istud de Sacerdotibus, qui tempore persecutionis sacrificaverant, sed postea rursus certamen inierant, statuitur: *Hos placuit honorem quidem sedis reserere: offerre vero, & concionari, aut omnino aliquid sacrorum officiorum peragere, non licere.*

Ex praedictis liquet, Missam Sacrificium oblationemque vocari, & esse. Id ipsum testatur Clemens Petri Apostoli discipulus, in Epistola quam scripsit de Officio Sacerdotis & Clericorum: Dionysius quoque Azo pagita Pauli discipulus, in libro de Ecclesiastica Hierarchia, capite tertio: & Ignatius Joannis Evangelistae discipulus, in Epistola ad Smyrnenses. In Chrysolostomi Liturgia, & aliorum Catholicorum Graecorum scriptis, ipsa Missa frequenter dicitur *ἀνάμνησις* & *δοξία*, id est, *Incrumentum Sacrificium*. Sic autem appellatur, non quod in ea Corpus Christi sine Sanguine offeratur, sed quod nullius animalis sanguis illata vi effundatur, sicut in veteri Lege.

Perpetua Virginitas Dei-paradisia. Paulo ultra mediū.

Matt. 23

Matt. 28

2.

Cultus & invocatio Sanctorum. In principio.

D d d d yrum

collyrii
Hæreti-
corum
Appen-
dix.

tyrum memoriam, ei qui Martyrum amore tenetur? Nam honor in bonos conservos collatus, iudicium est benevolentia erga communem Dominum. Hi sunt qui nostram obtinentes regionem, velut turres quadam valida contra adversariorum incursum securitatem prebent. Copiosum beneficium, gratia minimè deficiens, & presentissimum Christianis auxiliium est Ecclesia Martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Dominum. Qui premitur aliqua angustia, ad hos confugit; qui letus est, ad hos procurrit: ille, ut a malis liberetur; iste, ne his qua commoda grataq; sunt, destituatur. O sanctum chorum! o sacrum exercitum! o inexpugnabilem cuneum! o communes humani generis custodes! Optimi estis curarum socii, precum suffragatores, intercessores potentissimi, astra mundi, flores Ecclesiarum.

3.

Pium &
utile est
honorare
Sanctorum
Reliquias.

Idem Basilii in Concione de beata Julitta ait; Pyra, sancta mulieris corpus, veluti thalamus quidam refulgens, complexa, animam quidem in caelestem regionem, siq; convenientem quietem [ac sortem] transmisit; preciosum verò corpus cognatis & affinibus servavit integrum. Quod in pulcherrimo civitatis vestibulo collocatum, & locum sanctificat, & adentes pariter sanctos reddit. Porro terra Beata huius adventu presentiaq; benedicta, propriis visceribus naturam atque gratis simam emisit; adeò ut ipsa Martyr mater communis effecta, eos qui in civitate sunt veluti lacte quo-

piam nutriat. Hæc aqua & valentibus, sanntatis conservatio est, & delicatis, modesta suppeditatio voluptatis, & agris consolatio.

Rursum Basilii explanans Psalmum centesimum decimumquintum, super his verbis, Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus, scribit in hæc verba: Quando pro Christo mors toleratur, pretiose sunt Reliquia Sanctorum ejus. Ante hoc tempus dicebatur, Si quis tetigerit mortuum, erit immundus: nunc verò qui attigerit ossa Martyris, efficitur aliquo modo sanctitatis particeps, ob gratiam quo sacro corpori adest atque insidet.

§. III.

De B. Maria & Sanctis, ex D. Joanne Damasceno.

1. Excellentia & Maria Virginis.
2. Sanctorum cultus Christiani utilis & licitus.
3. Imaginum etiam cultus religiosus cum magno fructu usurpatur.

JOANNES Damascenus libro 1. quarto Orthodoxæ fidei, tractans de genealogia virginis Dei paræ, inter alia hæc dicit: Joachim venerabilem & dignam laudem annam in matrimonium duxit. Sed quemadmodum vetus Anna, qua sterilis erat, per orationem & promissionem genuit Samuelem; ita hæc, per supplicationem atq; promissionem Deo factam, proferi Deiparam: ut in hoc quoq; nulla illustrium gloriosarumq; inferior haberetur. Parit ergo gratia (idem An-